

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Adulatio
cum fontibus proximo et primis

Nichil est quod tam facile corrumpat mentes hominum
sicut adulatio.

Et Hieronymus dicit quod
nihil est quod tam facile corrumpat mentes hominum
quam adulatio.

Et super illud Psalm. [Ps. 69, 4]: *Convertantur statim*
erubescetes, dicit Glossa:

Plus enim nocet lingua adulatoris quam gladius persecutoris.

Plus nocet lingua adulatoris quam gladius persecutoris.

Ieronymus super Psalmos.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*,
115.2.1 (P. Caramello ed., p.530).

→ adulatorum quoque assentationes
et noxia blandimenta fallaciae uelut quasdam pestes animae fuge
nihil est, quod tam facile corrumpat mentes hominum,
← nihil, quod tam dulci et molli uulnere animum feriat.

Pelagius, *Epistula ad Celantiam*, 148.17 (CSEL 56,
I. Hilberg ed., p.344, ll.6-9).

Auertantur. Augustinus. Duo genera sunt persequentium.
vituperantium et adulantium.
vt igne aurum probatur ita vrit lingua adulantium
plus enim nocet lingua adulatoris quam manus persecutoris.
vtrumque ignis.

Glossa ordinaria, liber psalmorum, 69 (Biblia Latina cum glossa
ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

cf. Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 69.5
(CCSL 39, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.934, ll.2-5).